

sunt a peccato, hic fines orbis terrae deducti a gratia. Non habemus amplius suspectam exilii exprobationem; non extimescimus amplius flammeam romphaeam; non timemus amplius claustra portarum paradisi; non metuimus amplius morsus serpentum; non amplius a fice accipimus folia; non amplius ad sonum gressus contremiscimus. Quae enim ex Virgine facta est, adoravimus processionem; medicum naturae aspeximus. Quis enim vidit, quis audivit? Quis ex imbecilla radice cognovit unquam effloruisse medicum. Quaenam foemina visa est mater patris proprii? Quaenam eum genuit, qui divina virtute generat? Quaenam cum peperit, qui videbatur quidem figmentum, intelligebatur autem esse fictio? Quaenam fuit consecuta, ut haberet filium, et nullum senserit damnum Virginitatis? [...]

Sed Virginem, o Iudaee, non credis peperisse. Quomodo legisti Prophetam Esaiam clamantem: *Ecce virgo in utero concipiet, et pariet filium, et vocabunt * nomen Emmanuel: Quod est interpretatum: nobiscum Deus.*¹ Sed quod post partum mansit virgo, hoc quoque didicisti ab Ezechiele. *Duxit me, inquit, Angelus, et posuit me ad portam Orientis, et dixit mihi: Fili hominis, quid tu vides? Et dixi: Video ego portam clausam? Et dixit mihi: Haec est porta, nemo ingredietur per ipsam, neque egredietur, nisi Dominus SabaOTH solus. Ipse ingredietur, et egredietur, et erit porta clausa.*²

LIBER IACOBI³

(Apocryphus Novi Testamenti)

CANT⁴ IV. Καὶ ἴδοις ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη λέγων αὐτῇ· "Αννα, Αννα, ἐπή-
κουσε Κύριος τῆς δεήσεώς σου, καὶ συλλήψει καὶ γεννήσεις, καὶ λαληθήσε-
ται τὸ σπέρμα σου ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ. Καὶ εἶπεν "Αννα· Ζῆ Κύριος ὁ θεός
μου, ἐὰν γεννήσω εἴτε ἄρρεν εἴτε θῆλυ, * προσάξω αὐτὸ δῶρον Κυρίῳ τῷ

CANT⁴ IV. Et ecce Angelus Domini adstitit dicens ei: Anna, Anna, Deus
74 exaudivit orationem tuam: concipies et paries et celebrabitur * semen
75 tuum in toto mundo. Dixit autem Anna: « Vivit Dominus Deus meus,
quod sive masculum sive foeminam genuero, offeram illud munus

¹ Isa. VII, 14. Matth. I, 23.

² Ezech. XLIV, 2-3.

³ Alias *Protoevangelium Iacobi*. — Debitum putamus (inter Apocrypha N. T.) huius Libri, cuiusdam Anonymi saec. II, hunc unum referre locum, quia S. Liturgia dies festos agit Nativitatis atque Praesentationis Deiparae Virginis Mariae.

⁴ CANT = Codex Apocryphus Novi Testamenti... illustratus a I. A. Fabricio, Hamburgi, 1703.

θεῷ μου, καὶ ἔσται λειτουργοῦν αὐτῷ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ. Καὶ ἵδού ἡλθον ἄγγελοι δύο λέγοντες αὐτῇ· Ἰδού Ἰωακεὶμ ὁ ἀνήρ σου ἔρχεται μετὰ τῶν ποιμένων αὐτοῦ. Ἀγγελος γάρ κυρίου κατέβη πρὸς αὐτὸν λέγων· Ἰωακεὶμ, Ἰωακεὶμ, ἐπήκουσε Κύριος ὁ θεὸς τῆς δεήσεώς σου· * κατά-^{*76} βηθι ἐντεῦθεν· ἵδού γάρ ἡ γυνὴ σου "Αννα ἐν γαστρὶ λήψεται. Καὶ κατέβη Ἰωακεὶμ, καὶ ἐκάλεσεν τοὺς ποιμένας αὐτοῦ λέγων· Φέρετε μοι ὅδε δέκα ἀμνάδας ἀσπίλους καὶ ἀμώμους, καὶ ἔσονται κυρίῳ τῷ θεῷ μου· καὶ φέρετε μοι δεκαδύο μόσχους ἀπαλούς, καὶ ἔσονται τοῖς ἴερεῦσι καὶ τῇ γερουσίᾳ· καὶ ἐκατὸν χιμάρους παντὶ τῷ λαῷ. Καὶ ἵδού Ἰωακεὶμ ἥκε μετὰ τῶν ποιμένων αὐτοῦ, καὶ ἔστη "Αννα πρὸς τὴν πύλην καὶ εἶδε τὸν * Ἰωακεὶμ ἔρχόμενον, καὶ δραμοῦσα ἐκρεμάσθη εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ λέγουσα· Νῦν οἶδα ὅτι Κύριος ὁ θεὸς εὐλόγησέ με σφόδρα· ἵδού γάρ ἡ χήρα οὐκέτι χήρα, καὶ ἡ ἀτεκνος ἐν γαστρὶ λήψομαι. Καὶ ἀνεπαύσατο Ἰωακεὶμ τὴν πρώτην ἡμέραν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.

V. Τῇ δὲ ἐπαύριον προσέφερε τὰ δῶρα αὐτοῦ λέγων ἐν ἑαυτῷ· Ἐὰν κύριος ὁ θεὸς ἱλασμῇ μοι, τὸ πέταλον τοῦ ἴερέως φανερόν μοι ποιήσει. Καὶ προσέφερεν τὰ δῶρα αὐτοῦ Ἰωακεὶμ καὶ προσεῖχεν τῷ πετάλῳ τοῦ ἴερέως, ὃς ἐπέβη ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον κυρίου, καὶ οὐκ εἶδεν ἀμαρτίαν * ἐν ἑαυτῷ. ^{*77} Καὶ εἶπεν Ἰωακεὶμ· Νῦν οἶδα ὅτι κύριος ἱλάσθη μοι καὶ ἀφῆκεν πάντα τὰ

Domino Deo nostro et in sacris rebus illi ministrabit omnibus diebus vitae suae ». Et ecce Angeli duo venerunt, dicentes ipsi: « Ioachim vir tuus cum gregibus suis est ». Angelus enim Domini descenderat ad ipsum dicens: * « Ioachim, Ioachim, exaudivit Deus orationem tuam; ^{*76} descendere hinc. Eece Anna uxor tua in utero concipiet ». Et descendit Ioachim, et vocavit pastores suos, dicens: « Afferte mihi huc decem agnas puras immaculatas et erunt Domini Dei mei. Et adducite mihi duodecim vitulos mundos, et erunt sacerdotum et cleri, seu senilis ordinis (gerusiae): et adferte mihi centum hircos, et erunt centum hirci totius populi ». Et ecce Ioachim venit cum gregibus suis, et stabat Anna in porta, vidiisque Ioachim venientem et accurrens appensa * est de collo eius, dicens: « Nunc cognosco, quod Dominus Deus benedixit mihi vehementer. Ecce enim quae vidua eram, amplius vidua non sum: et quae eram sterilis, in utero habebo ». Et requievit Ioachim in domo sua prima die.

V. Crastino autem obtulit sua dona dicens in seipso: « Si Dominus Deus benixerit mihi, lamina sacerdotis hoc faciet mihi manifestum ». Et obtulit dona sua Ioachim et attendit laminae [seu ephod aut rationali] * sacerdotis, cum est admissus ad altare Domini, et non vidi peccatum in se ipso. Et dixit Ioachim: « Nunc novi ^{*78}

ἀμαρτήματά μου. Καὶ κατέβη ἐκ ναοῦ κυρίου δεδικαιωμένος, καὶ ἀπῆλθεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ.

*79 'Επληρώθησαν δὲ οἱ μῆνες αὐτῆς· ἐν δὲ τῷ ἐνάτῳ μηνὶ ἐγέννησεν "Αννα. Καὶ εἶπεν τῇ μαίᾳ· Τί ἐγέννησα; "Η δὲ εἶπεν Θῆλυ. Καὶ εἶπεν "Αννα· 'Εμεγαλύνθη ἡ ψυχή μου ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ καὶ ἀνέκλινεν αὐτήν. Πληρωθεισῶν δὲ τῶν ἡμερῶν ἀπεσμήξατο * "Αννα, καὶ ἔδωκεν μασθὸν τῇ παιδί, καὶ ἐπωνύμιασε τὸ ὄνομα αὐτῆς Μαριάμ.

*80 VI. 'Ημέρᾳ δὲ καὶ ἡμέρᾳ ἐκραταιοῦτο ἡ παῖς· γενομένης δὲ αὐτῆς ἑξαμηνιαίου ἔστησεν ἡ μήτηρ αὐτῆς χαμαί, τοῦ διαπειράσαι εἰς ἵσταται. Καὶ ἐπτὰ βήματα περιπατήσασα ἥλθεν εἰς τὸν κόλπον αὐτῆς. Καὶ ἀνήρπασεν αὐτὴν λέγουσα· Ζῆ κύριος ὁ θεός μου, οὐ μὴ περιπατήσῃς ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, ἔως ὃν ἀπάξω σε ἐν τῷ ναῷ Κυρίου. Καὶ ἐποίησεν ἀγίασμα ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτῆς, καὶ πᾶν κοινὸν καὶ ἀκάθαρτον οὐκ εἴα * διέρχεσθαι δι' αὐτῆς· καὶ ἐκάλεσε τὰς θυγατέρας τῶν Ἐβραίων τὰς ἀμιάντους, καὶ διεπλάνων αὐτὴν.

'Εγένετο δὲ πρῶτος ἐνιαυτὸς τῇ παιδί, καὶ ἐποίησεν Ἰωακεὶμ δοχὴν μεγάλην, καὶ ἐκάλεσε τοὺς ιερεῖς καὶ τοὺς γραμματεῖς καὶ τὴν γερουσίαν καὶ πάντα τὸν λαὸν τοῦ Ἰσραὴλ. Καὶ προσήγεγκεν Ἰωακεὶμ τὴν παῖδα τοῖς ιερεῦσι, καὶ εὐλόγησαν αὐτὴν λέγοντες· 'Ο θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, εὐλόγησον τὴν παῖδα ταύτην καὶ δὸς αὐτῇ ὄνομα ὄνομαστὸν αἰώνιον ἐν πάσαις

quod Deus est propitiatus mihi et remisit mihi omnia peccata mea ». Et descendit a domo Domini iustificatus, et venit in domum suam.

Concepit itaque Anna, et completi sunt illi menses sex. Mense autem nono peperit Anna et dixit obstetrici: « Quid peperi? » Ipsa autem dixit, foeminam. Et dixit Anna: « Magnificata est anima mea in hora ista » et reclinavit eam. Impletis autem diebus, * mundata est Anna, et dabat ubera natae, et nominavit nomen eius Mariam.

*79 VI. De die autem in diem roborabatur puella. Cum vero facta est sex mensium, depositum eam mater eius humi, ut experiretur illam, si erecta staret. Et septem gressus fecit ambulando, et venit in sinum matris suaee. Et dixit Anna: « Vivit Dominus Deus meus, quia non ambulabis super terram, donec te obtulero in templum Domini ». Et fecit sanctificationem in cubili suo; et quidquid est coinquinatum, satagebat * ab ea segregare propter illam, et vocavit filias Hebraeorum immaculatas, et oblectabant eam. Factusque est puellae primus annus; fecitque magnum convivium Ioachim, et vocavit sacerdotum principes et scribas et totum senatum et omnem populum Israël. Et obtulit puellam ipsis sacerdotum principibus, et benedixerunt illi, dicentes: « Deus Patrum nostrorum benedic huic puellae, et da illi nomen celebratum aeternum in omnibus generationibus ». Et dixit

ταῖς γενεαῖς. * Καὶ εἶπε πᾶς ὁ λαός· Γένοιτο, γένοιτο, ἀμήν. Καὶ προσῆγεν αὐτὴν τοῖς ἀρχιερεῦσι, καὶ εὐλόγησαν αὐτὴν λέγοντες· Ὁ θεὸς τῶν ὑψωμάτων, ἐπίβλεψον ἐπὶ τὴν παιδία ταύτην καὶ εὐλόγησον αὐτὴν ἐσχάτην εὐλογίαν, ἡτις διαδοχὴν οὐκ ἔχει. Καὶ ἀνήρ πασεν αὐτὴν ἡ μήτηρ αὐτῆς ἐν τῷ ἀγιάσματι τοῦ κοιτῶνος αὐτῆς, καὶ ἔδωκεν αὐτῇ μασθόν. Καὶ ἐποίησεν Ἀννα ἄσμα κυρίῳ τῷ θεῷ λέγουσα·

Ἄσω ὁδὸν κυρίῳ τῷ θεῷ μου, ὅτι ἐπεσκέψατό με καὶ ἀφείλατο ἀπὸ ἔμου τὸ ὄνειδος τῶν ἐχθρῶν μου· καὶ ἔδωκέν μοι κύριος καρπὸν δικαιοσύνης αὐτοῦ, μονοούσιον πολυπλάσιον ἐνώπιον αὐτοῦ.

* Τίς ἀναγγελεῖ τοῖς υἱοῖς· Πουβὶμ ὅτι Ἀννα θηλάζει; ἀκούσατε, ἀκούσατε, αἱ δώδεκα φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι Ἀννα θηλάζει. ^{*82}

Καὶ ἀνέπαυσεν αὐτὴν ἐν τῷ κοιτῶνι τοῦ ἀγιάσματος αὐτῆς, καὶ ἐξῆλθεν καὶ διηκόνει αὐτοῖς. Τελεσθέντος δὲ τοῦ δείπνου κατέβησαν εὐφραινόμενοι καὶ δοξάζοντες τὸν Θεὸν Ἰσραὴλ.

VII. Τῇ δὲ παιδὶ προσετίθεντο οἱ μῆνες αὐτῆς. Ἐγένετο δὲ διετῆς ἡ παῖς, καὶ εἶπεν * Ἰωακείμ τῇ Ἀννᾳ· Ἀνάξωμεν αὐτὴν ἐν τῷ ναῷ Κυρίου, ^{*83} ὅπως ἀποδῶμεν τὴν ἐπαγγελίαν ἣν ἐπηγγειλάμεθα, μήπως ἀποστείλῃ ὁ δεσπότης ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἀπρόσδεκτον γένηται τὸ δῶρον ἡμῶν. Καὶ εἶπεν Ἀννα· Ἀναμεινώμεν τὸ τρίτον ἔτος, ὅπως μὴ ζητήσει ἡ παῖς πατέρα ἢ μητέρα. Καὶ εἶπεν Ἰωακείμ· Ἀναμεινώμεν. Καὶ ἐγένετο τριετῆς ἡ παῖς, καὶ εἶπεν

* totus populus: Fiat, fiat, Amen. Et obtulit [Ioachim] illam sacerdotibus, et benedixerunt eam dicentes: « Deus altitudinum respice super hanc puellam, et benedic illi benedictione, quae intermissionem non habeat ». Arripuit eam mater sua, et dedit illi uber, et fecit Anna canticum Domino Deo dicens: « Cantabo laudem Domino Deo meo, quia visitavit me, et abstulit a me opprobrium inimicorum meorum. Et dedit mihi Dominus Deus fructum iustitiae multiplicem in conspectu suo. Quis annunciat ^{*} filiis Ruben quod Anna lactet? ^{*81} Audite, audite, duodecim tribus Israël, quia Anna lactat ». Et reclinavit eam in loco sanctificationis suaee, et exivit, et ministrabat ipsis. Completo autem convivio discesserunt laetabundi glorificantes Deum Israël. ^{*82}

VII. Puellae autem apponebantur menses eius. Facta autem biennis puella, dixit Ioachim ^{*} Annae uxori suaee: « Introducamus eam in templum Dei, ut reddamus votum nostrum, quod promisiimus, ne avertat a nobis faciem suam Dominus et inacceptum fiat domum nostrum succenseatve in nos ». Et dixit Anna: « Exspectemus tertium annum, ne forsitan requirat puella Patrem et Matrem ». Et dixit Ioachim: « Exspectemus ». Et facta est triennis puella, et dixit Ioachim: « Vocate puellas Ebreaeorum immaculatas, et accipiant sin-

^{*83}

*⁸⁴ Ιωακείμ· Καλέσατε τὰς θυγατέρας τῶν Ἐβραίων τὰς ἀμιάντους καὶ λαβέτωσαν ἀνὰ λαμπάδα, καὶ ἔστωσαν καιόμεναι, ἵνα μὴ στραφῇ ἡ παῖς εἰς τὰ δόπισω καὶ αἰχμαλωτισθῇ * ἡ καρδία αὐτῆς ἐκ ναοῦ κυρίου. Καὶ ἐποίησαν οὕτως ἔως ἀνέβησαν ἐν τῷ ναῷ κυρίου. Καὶ ἐδέξατο αὐτὴν ὁ ἴερεύς, καὶ φιλήσας εὐλόγησεν αὐτὴν καὶ εἶπεν Ἐμεγάλυνεν κύριος τὸ ὄνομά σου ἐν πάσαις ταῖς γενεαῖς· ἐπὶ σοὶ ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν φανερώσει κύριος τὸ λύτρον αὐτοῦ τοῖς νιοῖς Ἰσραὴλ. Καὶ ἐκάθισεν αὐτὴν ἐπὶ τρίτου βαθμοῦ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἐπέβαλεν κύριος ὁ θεὸς χάριν ἐπ' αὐτὴν, καὶ κατεχόρευσεν τοῖς ποσὶν αὐτῆς, καὶ ἤγαπησεν αὐτὴν πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ.

*⁸⁵ VIII. Καὶ κατέβησαν οἱ γονεῖς αὐτῆς θαυμάζοντες καὶ αἰνοῦντες τὸν δεσπότην θεόν, ὅτι οὐκ ἐπεστράφη ἡ παῖς πρὸς * αὐτούς. Ἡν δὲ Μαριὰμ ἐν τῷ ναῷ κυρίου ὡς περιστερὰ νεμομένη, καὶ ἐλάμβανεν τροφὴν ἐκ χειρὸς ἀγγέλου.

*⁸⁴ gillatim lampades, et sint accensae, ne convertatur puella in posteriora et abducatur * mens eius ex templo Dei». Et fecerunt sic, donec ingressae sunt templum. Et recepit eam Princeps Sacerdotum, et osculatus est eam, et dixit: « Maria, magnificavit Dominus nomen tuum in cunctis generationibus: et in ultimis diebus manifestabit in te Dominus preium redemptionis suaue filiis Israël ». Et constituit illam super tertium gradum altaris, et immisit Dominus Deus gratiam super ipsam, exultabatque subsiliendo pedibus suis: et dilexit eam tota domus Israël.

*⁸⁵ VIII. Et descenderunt Parentes eius admirantes et laudantes Deum, quia non est * conversa puella erga illos. Erat autem Maria instar columbae educata in templo Domini, et accipiebat cibum de manu Angeli.

EXPLICIT

ENCHIRIDION MARIANUM

BIBLICUM PATRISTICUM

AD MAIOREM GLORIAM

DEI ET DOMINI NOSTRI

IESU CHRISTI

AD LAUDEM

MATRIS EIUS SEMPER VIRGINIS

MARIAE